

Subdiaconi titulatorum, per omnia tempora & per-
petualiter dictæ Ecclesiæ in divinis deservientium ;
& sic fuit continuatum per longa & diuturna tem-
pora. Incipientibus vero introytibus ipsius Ecclesiæ
diminui ac deteriorari, & vergentibus quasi ad ca-
lamitatem vivendi, fuit, nescio quo spiritu instiga-
ti, & forsan subrepticie, vel obrepticie obtentum
et provisum ab Apostolica Sede, quod quartus pre-
sbyteralis titulus Ecclesiæ prædictæ, citatis citandis,
ac visis videndis per R. D. Maphaum Girardum tunc
in humanis agentem, auctoritate Apostolica, et per
suam definitivam sententiam reintegraretur, ac de no-
vo reduceretur in pristinum, ac crearetur, non obstan-
tibus quibuscumque in contrarium, prout sic factum
fuit per dictum R. D. Patriarcham, eo procedente
per suam definitivam sententiam, auctoritate Aposto-
lica prædicta, ad reintegrationem et creationem de
novo dicti quarti presbyteralis tituli, et ad collatio-
nem per eum de eo factam auctoritate ordinaria in
personam cuiusdam ejus familiaris et domestici, etiam
corporali possessione subsecuta, nemine de Capitulo
reclamante penitus, nec iura ipsius Capituli occasio-
ne prædictorum tuente et defendente, prout de præ-
dictis ex publicis documentis latius constare dicitur,
ut in eis, ad quæ in omnibus relatio habeatur ; in
dispendium maximum vixtus, ac introytum, et di-
stributionum dicti Plebani, et Titulatorum prædictæ
Ecclesiæ.

Modo vero quia incidimus in mala tempora, qui-
bus imminet penuria et caritas vivendi, et quod introytus tam certi, quam incerti dictæ Ecclesiæ sunt
magis atque magis attenuati atque diminuti, adeo
quod modernus Plebanus et cæteri Titulati dictæ Ec-
cle-